obitum episcopatum Constantiensis ecclesie adeptus
est Uuolfleoz monasterii sancti Galli cenobi
ota. Werdone vero abbate postea vitam finien
te. Cozpertus eiusdem congregationis monachus
a fratribus est abba electus et ordinatus. vir
statura procerus. sapientia quoque morumque
dignitate perspicuus. Anno ab incarnatione
domini. DCCCXVI. anno autem imperii Hludouuici
imperatoris. filii prefati Caroli augusti tertio.
Cum ergo Uuolfleoz episcopus more antecessorum suorum
etiam causas monasterii sue subicere dici
oni. Incole monasterii quasi in proprio fratre
et conservo consolationem in eo se habere pos
se confisi sunt. Ille vero non solum mitior ceteris non
existens aliqua in parte illis de quibus venerat
pepercit. sed etiam in quantum potuit more
roborandi dignitatem suam dorso antecessorum
suorum erga sibi subiectos grossiorem exhi
bere temptavit. Monachosque de quibus ex
ivit cessante priorum exemplo affligere non
destitit. Que omnia quanta et qualia
fuerint non decet memorie tradere. tamen